



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XLIV. Apud Gundulfi villam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

225 ANNO CHRISTI 871 Regum Francor. KAROLI CALVI 226
REGIS 31.

se mutuò ab invicem discesserunt, Hludon-
vicius videlicet Aquis rediens; & Karolus
Leptinis uxorem suam obviām sibi venire ju-

bens, partem ipsius regni quam accepit sicut
placuit sibi divisit.

TITVLVS XLIV.

Apud Gundulfi villam.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ
DCCCLXXII. Indictione quinta, quinto Idus Septembri, in placito gene-
rali apud Gundulfi villam, cùm Hludovicus sacramenta superius scripta
discripsisset, & equivoco suo itidem Hludovicus Imperatori se conjunxit. Et
sacramenta qua superius scripta sunt fieri iussisset, Ingilberga Regina & lega-
tis sedis Apostolica, Formojo scilicet & Gaderico, praesentibus, hac tempesta-
te urgente, Episcopi omnes ex regno gloriose Regis Karoli hanc professionem
infrascriptam fecerunt, & omnes laici hoc sacramentum similiter infrascrip-
tum juraverunt.

PROFESSIO EPISCOPORVM.

Q Vantum sciero & potuero, adjuvan-
te Domino, consilio & auxilio se-
cundum meum ministerium fidelis vobis
adjutor ero ut regnum quod vobis Deus
donavit vel donaverit, ad ipsius volunta-
tem & sanctæ Ecclesiæ ac debitum regium
honorem vestrum & vestram fideliumque
vestrorum salvationem habere & obtainere
possitis.

SACRAMENTVM LAICORVM.

Quantum sciero & potuero, adjuvante
Domino, consilio & auxilio fidelis vobis
adjutor ero ut regnum quod habetis ad
Dei voluntatem & sanctæ Ecclesiæ & ve-
strum honorem arque ad vestram salva-
tionem continere possitis, & quod Deus
adhuc vobis concederit, adquirere &
contra omnes homines defendere va-
leatis.

GENERAL E OMNIVM FIDELIVM.

Sic promitto ego quia de isto die inan-
tea isti seniori meo, quandiu vixerim, fide-
lis & obediens & adjutor quantumcunque
plus & melius sciero & potuero & consilio
& auxilio secundum meum ministerium in
omnibus ero absque fraude & malo inge-
nio, & absque ulla dolositate vel seducione
seu deceptione, & absque respectu ali-
eius personæ; & neque per me, neque
per Missum, neque per litteras, sed neque
per emissam seu intromissionem personam,
vel quoconque modo ac significatione
contra suum honorem & sanctæ Ecclesiæ
arque regni illi commissi quietem & tran-
quillitatem atque soliditatem machinabo
vel machinanti consentiam; neque um-
quam aliquod scandalum movebo quod
illius præsenti vel futura saluti contrarium
vel nocivum esse possit. Sic me Deus ad-
juvet & ista sanctorum patrocinia.

